

Petrus de Vinea

*Ep. V 108 (Quia constat nobis
per inquisitionem factam...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 108 (Quia constat nobis
per inquisitionem factam...)*

1220-1250

Sententia condemnationis lata contra quoddam Commune, quia non ceperunt homicidam.

1. Quia constat nobis per inquisitionem factam per T. uicecomitem de mandato nostro, quoddam homicidium fuisse commissum in territorio... de quodam homine, qui P. uocabatur, pro eo quod homicida captus non fuit nec retentus iuxta ordinationem factam per nos de capiendis et detinendis homicidiariis et malefactoribus, ideo predictam ciuitatem et homines dicti Communis, auctoritate officii nostri nobis commissi, in quinquaginta libris duximus condemnandos, soluendis hinc ad decem dies receptori pecuniae nobis ab imperiali celsitudine deputato, sub pena dupli moderata, pena centum tarenorum indicta et imposita per nos de capiendis homicidis, propter modicam quantitatem hominum et eorum etiam paupertatem.